



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

4. Ordo imprimit charactarem indelebilem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

disp. 3. quæst. unica puncto 2. num. 2. Scribon. in theologia de Ordine. disp. 7. quæst. 3. Ludovic. Miranda in man. Prælat. 10. 1. quæst. 38. art. 10. Fernandez d. e. 11. §. 3. q. 3. Schaff. Cat. in selecta de Ecclesiast. hierarchia. quæst. 4. proœm. §. 1. ex nu. 5. II. lustris. D. Roder. à Cunha in comment. ad cap. Psalmista num. 6. disp. 2. 3. Thom. Valasc. com. 1. alleg. 2. num. 9. Torreblanca in practicabil. iuris spirit. lib. 2. cap. 12. num. 17. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 1. num. 7. Hurtado de Sacram. com. 2. tract. de Ordine diff. 9. Ego ipse de officio. & profess. Episcopi part. 2. alleg. 2. num. 21.

Contra Sot. in 4. disp. 25. que<sup>d</sup>. 1. art. 2. rat. 5. & art. 4. concl. 7. Martin. de Ayala detradition. Apostol. part. 2. c. de Ordine. §. Synodus. Mich. Medina li. 1. de sacrorum Ordinum continent. cap. 46. Nauarr. in man. cap. 22. num. 18. vers. quare probabilis. Vazq. in 3. p. tom. 3. disp. 237. c. 2. num. 10. cum seqq. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 31. num. 17. vbi dicit probabilissimum Ordines minores non esse Sacra menta, nec gratiam conferre. Paul. Layman. in Thologia morali lib. 5. art. 9. cap. 2. num. 4. vers. assertio quare, in fine, existimantes minores Ordines non esse Sacra menta,

### Ordo imprimet characterem indelebilem.

#### C A P V T I V ,

1. Ordo imprimet characterem indelebilem.

2. Ordinem minimè recipit promotus absoluta coactione compulsus,

3. Episcopatus est Ordo.

4. Character nouus per Episcopatum imprimitur.

<sup>a</sup> Sess. 7. de  
Sacram. in  
generi ca-  
non. 9.

<sup>b</sup> Cantic. 6.  
<sup>c</sup> 1. Cor. 12.  
<sup>d</sup> Ephes. 4.

<sup>e</sup> Act. 22.  
<sup>f</sup> Cœlest. 1.  
Episcop. ad  
Episc. Gallia  
cap. 1.  
<sup>g</sup> Sess. 7. de  
confit. cap. 3.  
Hispalen. 2.  
cap. 5. 7. &  
alibi.

<sup>h</sup> Laodic.  
conc. c. 18.  
Iouan. 10.

**Q**uoniam verò in Sacramento <sup>i</sup> Ordinis, sicut & in Baptismo, & confirmatione, character imprimetur, qui nec deleri, nec auferri potest, merito sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui afferunt noui Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere, & semel ritè ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue noui Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam <sup>j</sup> Ecclesiasticam hierarchiam, que est vt castrorum acies ordinata confundere, perinde ac si contra beati Pauli <sup>k</sup> doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Euangelista, omnes Pastores, omnes sint doctores. Proinde sacrosancta Synodus declarat, præter ceteros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, <sup>l</sup> ad hunc bierarchicum Ordinem præcipue pertinere, & positos, <sup>m</sup> sicut idem Apostolus ait, à Spiritu sancto, regere Ecclesiam Dei <sup>n</sup> eosque Presbyteris <sup>o</sup> superiores esse, ac Sacramentum Confirmationis conferre, ministros Ecclesie ordinare, atque alia pleraque peragere ipsis posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum, <sup>p</sup> nec populi, nec cuiusvis secularis potestatis, & magistratus consensum sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, vt sine ea irrita sit ordinatio, quin potius decernit, eos qui tantummodo à populo, aut seculari potestate, ac magistratu, votati & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures, & latrones, per ostium non ingressos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim sacræ Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, & proprijs canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnam constituit, vt omnes, adiuuante Christo, fidei regulâ vtentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoscere tenere possint.

1. Vide Magistr. in 4. disp. 5. quæst. 1. Victor. de Sacram. vbi de sacramento Ordinis, num. 232. Henr. in summ. lib. 10. cap. 7. in princip. & cap. 14. §. 2. littera P. Cardos. in præxi Iudicium verb. Sacramentum Ordinis num. 50. Cardin. Bellarmin. tom. 2. contravers. 5. lib. 1. de sacram. Ordin. cap. 10. Vafq. in 3. parv. tom. 3. disp. 243. a. num. 2. & disp. 244. num. 17. Balduin. jun. super opera contravers. Bellarm. part. 1. lib. 4. cap. 10. vers. septimo. Valer. Reginald. in præxi for patentes. lib. 30. num. 3. vers. quod attinet. & num. 16. vers. & idem Piasac. in præxi Episcop. part. 1. c. 1. num. 52. pag. 60. Bellet. diquisit. clerici. part. 1. tit. de discipl. clericali. §. 3. num. 1. latè Campan. in diuersi. iuris Canon. rub. 2. num. 19. cum seqq. Bonacini. de Sacrament. disp. 8. quæst. unica puncto 6. num. 3. Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 3. cap. 1. a. num. 12. latè Marchin. de sacrament. Ordinis tract. 1. part. 3. c. 4. & 5. Sanch. in opus. moral. lib. 7. cap. 1. num. 4. incipit fund. de officio. & potestate Episcopi. p. 2. alleg. 2. num. 4. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. c. 12. num. 18. & 23. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. da Ordine diff. 16. in med.

2. Promotum absoluta coactione compulsum Ordinem minimè recipere, eiusque anime talis ordinationem non relinquare indeleibile signum, refutavit Sylvest. in summ. verb. Ordo 4. num. 1. vers. secunda, Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. q. 45. post num. 1. Campan. in diuersi. iuris canon. rub. 11. cap. 5. Rota dec. 560. num. 1. p. 1. diuersi. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 29. a. 1. Ego ipse d. p. 2. alleg. 2. num. 5. & 6. De ordinato per vim conditionalem, seu causatum, vel

per meritum intusse incussum cadentem in constantem virum, an lege continentia adstringatur, & si interim promotus rurban, an tale matrimonium sit validum necne? quæstio dubia. In qua vna sententia tenet obligare eum Ordinem ad continentiam, & matrimonium potest irreducere nullum. Ita Holt. Abb. Tabien. Palud. S. Anton. Sylvest. Gaet. & alij citati à Sanch. d. lib. 7. disp. 29. num. 4. quibus addo Petr. de Ledetima de Matrim. quæst. 55. art. 4. Paul. Comitol. lib. 1. q. 45. num. 3. cum seqq. Basili. Pont. de Matrim. lib. 7. c. 29. Diana resol. moral. tom. 2. tract. 4. de sacrament. Ordinis refol. 193. Contrarium vero suffitent gloss. verb. conditionaliter, in ea, maiores, de Bapt. plures, quos refert & sequitur Sanch. d. disp. 29. num. 5. quibus addo Cœl. de Graffis decis. 1. & 2. de yis. que vi. Jacob. de Graff. in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 11. Azorius. st. moral. part. 1. lib. 13. cap. 14. quæst. 8. Vgolini. de Episcopo c. 13. num. 3. Bonacini. de Matrim. quæst. 3. puncto 9. num. 14. Paul. Squilante de obligat. cleric. p. 1. num. 80. Marchin. tract. 2. p. 3. diff. 9.

3. Ad hunc bierarchicum Ordinem, &c. Episcopatum esse Ordinem dicit in specie gloss. verb. Episcopas. in proœm. Sexti. & verb. de Episcopis. c. quia periculosum, de sentent. ex comm. in 6. & verb. sui Ordinis. in c. queriles. de purgat. canon. & verb. firmatis in c. prouida. de elect. lib. 6. tenent Felin. in cap. eam te. num. 8. de rescript. Zabateli. in Clemens. 2. num. 12. de estate. & qual. Sot. de inst. lib. 10. quæst. 1. art. 2. Nauarr. in man. c. 22. n. 18. vers. quare. Bursat. cons. 125. Quia scriptum. & n. 1. vol. 1. Valent. to. 4. disp. 9. q. 1. punct. 2. Campan. in diuersi. iuris

iuris canon. rub. 1. num. 7. Sebaft. Cæsar de Ecclesiæ hierarchia queſt. 3. proœm. §. 1. num. 4. Non ſolū à ſacerdotio diſtinguiuntur, vt exiſtum arunt Medin. lib. 1. de calibatu. cap. 16. Naturam, ciuitato loco, Bellarm. de ſacramentis Ordinis, cap. 5. Verſiſter. 110. Duat. in comment. ad Ballam Cœnæ, lib. 1. c. 5. q. 2. nu. 12. fed etiam de per ſe, & ſequuntur illæ Sacramentum à Christo iuſtitum, refoluunt Petri Sot. de iuſtit. ſacerd. loſt. 4. de ſacramentis Ordinis, ſex huius iugit. Valent. tom. 3. diſput. 40. c. 4. Aegid. de Coninc K. tom. 2. diſput. 20. de ſacramentis Ordinis, rub. 6. num. 4. Campan. in diversi turis canonice rub. 1. num. 7. & rub. 6. c. 4. n. 4. late ſebaf. Cæſar in d. reloſt. q. 4. proœm. ex

n. 11. Ego ipſe de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 1. num. 19. Vnde nouum per Episcopatum imprimi characterem tenet Abb. in cap. aqua, de conſecr. Ecclesiæ Jacob. lib. 10. de Concil. actu. 7. & alijs, quos refert Couart. lib. 1. var. cap. 10. n. 16. & Henr. lib. 10. c. 7. §. 1. in commento littera C, licet eos minime ſequatur, & Hurtado de Sacram. tom. 2. traſl. de Ordine diſſ. 3. vers. & 23. ſebaf. Cæſar d. queſt. 4. proœm. n. 19. Et nouum gratiam per ipſum quoque conſerbi, concludunt Cardin. Bellarmin. d. cap. 5. verſiſtem quod Episcopalis. Henr. lib. 10. cap. 1. §. 3. in commento littera R, & cap. 2. §. 1. litt. E. Campan. d. rub. 6. cap. 4. num. 4. ſebaf. Cæſar. d. q. 4. proœm. num. 21.

## De ſacramento Ordinis,

- 1 Sacerdotium viſibile in nouo Testamento.
- 2 Ordines & maiores & minores ſunt in Ecclesiæ præter Sacerdotium.
- 3 Ordo eſt verè, & propriè Sacramentum à Christo Domino iuſtitutum.
- 4 Per ſacram ordinationem datur Spiritus sanctus, & imprimitur character.

- 5 Hierarchia diuina ordinatione iuſtituta eſt in Ecclesiæ Catholica.
- 6 Episcopi ſunt Presbyteris ſuperiores, & habent po- tefatatem conſirmandi, & ordinandi.
- 7 Episcopi auſtoritate Romani Pont. aſſumpti ſummi legitimi, & veri Episcopi.

## ¶ C A N O N I .

**S**i quis dixerit, non eſſe in nouo Testamento ſacerdotium viſibile & externum, vel non eſſe potefatatem aliquam confeſrandi, & offerendi verum corpus, & ſanguinem Domini, & peccata remi- tendi, & retinendi, ſeu officium tantum, & nudum ministerium prædicandi Euangeliū, vel eos, qui non prædicant, prorsus non eſſe Sacerdotes, anathema fit.

## ¶ C A N O N I I .

Si quis dixerit, præter ſacerdotium non eſſe in Ecclesiæ Catholica alios Ordines, & maiores, & minores, per quos, velut per građus quodam, in ſacerdotium tendatur, anathema fit.

## ¶ C A N O N I I I .

Si quis dixerit, Ordinem, ſiuſ ſacram ordinationem non eſſe verè & propriè Sacramentum, à Christo Domino iuſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humānum, excogitatū a viris terum Ecclesiasticarum imperitis, aut eſſe tantum ritum, quandam eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorum, anathema fit.

## ¶ C A N O N I V .

Si quis dixerit, per ſacram ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde fruſtra Episcopos dicere, Accipe Spiritum sanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum qui Sacerdos ſemel ſuit, a lacuum tufus fieri poſſe, anathema fit.

## ¶ C A N O N V .

Si quis dixerit, ſacram Vnctionem, qua Ecclesiæ in ſancta ordinatione vtitur, non tantum requiri, ſed contemnendam & pernitiosam eſſe, ſimiliter & alias Ordinis ceremonias, anathema fit.

## ¶ C A N O N VI .

Si quis dixerit, in Ecclesiæ Catholica non eſſe hierarchiam diuina ordinatione iuſtitutam, quæ conſtat ex Episcopis, Presbyteris, & ministris, anathema fit.

## ¶ C A N O N VII .

Si quis dixerit, Episcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores, vel non habere potefatatem conſirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent, illis eſſe cum Presbyteris communem, vel Ordines ab ipsis collatos ſine populi, vel potefatatis ſecularis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe, aut eos, qui nec ab Ecclesiastica & canonica potefatate ritè ordinati nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorum miniftriſ, anathema fit.

## ¶ C A N O N VIII .

Si quis dixerit, Episcopos, qui auſtoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos, & ve-ros Episcopos, ſed figmentum humanum, anathema fit.

1. ¶ C A N O N I .] Vide Baldun. iun. ſuper opera controverſi Bellarmino part. 2. lib. 6. cap. 3. & 4. Fagundez in quinque Ecclesiæ precepta, precept. lib. 3. cap. 1. num. 17. Mar- chin. de ſacramentis Ordinis traſl. 1. part. 1. cap. 10. num. 16. Hurtado de ſacramentis tom. 2. traſl. de Ordine diſſ. 7.

2. ¶ C A N O N II .] Vide Thom. Valafc. allegat. Iuris tom. 1. alleg. 2. num. 4. Valer. Reginald. in praxi fori panitent. lib. 30. num. 3. Molleſ. in ſumma Theologie moralis, traſl. 2. cap. 1. num. 17. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 2. cap. 12. num. 9. cum ſeqq. & num. 43.

3. ¶ C A N O N III .] Vide Iofeph. Angl. de ſacram. Or- Barboſ. Colleſt. in Concil. Trid.

a. S. Tolet.  
cap. 7.

din. in concil. prim. diſſ. Viator. in ſumma de ſacramentis Ordin. 12. 5. & 216. Vinald. in concil. tit. de ſacramentis Ordin. nu- 5. Iacob. de Graff. in aureis decif. part. 2. lib. 1. cap. 9. num. 4. Ioan. de Lugo de ſacramentis in generi diſput. 7. ſed. 1. num. 4. Petr. de Ledesma in ſumma part. 1. de ſacramentis. vbi de ſacramentis Ordinis. cap. 1. concil. 1. Thom. Valafc. tom. 1. allegat. Iuris. alleg. 2. num. 2. Piaſec. in praxi Epifcop. p. 1. c. 1. de conſerbiis Ordin. num. 1. pag. 25. Molleſ. in ſumma Theolog. moralis, traſl. 2. cap. 14. num. 11. Sanch. in confiſ. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 7. adul. 1. num. 3. Hurtado de ſacramentis tom. 2. traſl. de Ordine diſſ. 6.

P. ¶ C A N O N

